



IOH. BERNARTI
AD P. STATI PAPINI
THEBAIDOS
LIBRVM I.
SCHOLLA.



ELLORVM omnium quæ inter Græcos priscis temporibus fuere , si Troianum excipias celeberrimum semper habitum Thebanum illud, inter Oedipi filios , mirabili nescio magis, an miserabili exitu gestum, ante Christi natalis annis circiter op. cc. xxvi. ante primam Olympiadē cccc. lvii. ante Urbem conditam cccc. lxxxii. Fugitiuam certè eius memoriã retrahere conati præstantissimi quiq; viri, qua inter Græcos, quæ Latinos ipse Poëta Princeps in hac cura testis Pausanias, qui signatè Bœoticis. Εποικήθη ἡ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θεβαίος τὰ ἡ ἔπη ταῦτα Καλαῖνος ἀφικόμενος αὐτῷ ἐς μνήμην, ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα (ἔπ.). Καλαίνω ἡ πολλοί τε καὶ ἀξιοὶ λόγος καὶ ταῦτα ἔγνωσαν. Εγὼ ἡ τὴν ποίησιν ταύτην μὲν γε Ἰλιάδα καὶ τὰ ἔπη τὰ ἐς Ὀδυσσεῖα ἐπαινώ μόλις α. *Et hoc quidē bellum aduersus Thebas versibus præscriptum. Eorum versum Calenus mentionem faciens, ab Homero factos censet: qui multi & ij non ignobiles autores, assentiuntur. Ego certe poesin illam secundum Homeri Iliadem & Odysseã plurimi facio.* Operã etiam & quidem largam* heroico versu contulit Antimachus, cui rei fidē facit, vel vnus Athenæus , qui eius Thebaidem compluries citat & ille idem Pausanias, qui in Arcadicis ex ea Arionem Adraști describit, versibus suo loco transcribendis. Nec defuere officio Latini. Ponticus fanè

cum laude sudauit in hoc circo. author mihi affirmandi Propertius, apud quem lego :

Dum tibi Cadmea dicuntur Pontice Theba

Armaque, fraternæ tristia militiæ:

Atque ita sim felix, primo contendit Homero,

Sint modo fata tuis mollia carminibus,

--- Nos consuemus, &c.

Attium quoque Tragœdum admouisse manum, videre licet ex veterum scriptorum reliquijs, & fractis quasi membris quæ apud Nonium. Et hi quidem quasi Primipili inter eos, qui caliginem quam huic bello obijcere potuisset temporis iniuria, ingenij dispellere voluerunt. sed hoc tantum, nihil enim ex Musæo hoc nihilominus vt ruta & cæsa ex auita hæreditate, haud imeritò doctos delectant. Extant tamen adhuc, & ad nos peruenere (liceat huc alludere) Hastatorum quorundam & Principum scripta. signatè Æschyli ΕΠΙΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ, quam elegantissimè, stylo ad veteres Tragicos Latinos quàm proximè accedente, vulgavit Q. Sep. Florens Christianus. Teritur etiam omnium manibus ignoti Poëtæ, sed alti, Dij boni! & magni *Thebais*. vulgus eam Senecæ Iuniori tribuit: at non ego. nec vllus ex ijs (fidenter dico) *quis esse Corculis datum est*. non meridie clarior est lux, quàm principem hanc locum inter Latinas, atque haud scio an etiam Græcas Tragœdias tenere. qui eam cū socijs in veri iudicij trutina componet, pepo nõ homo, nisi ab altiore suspicet aura stricti interim rem tangit, & ea quæ ex illa habemus initium vix adumbrant, adeò non finem. quo magis debemus Papinij nostri scriptis, in quibus feliciter præstatur vtrumque, maculas complures, sæculi illius elegantia, quo literas scire barbaries erat, excusorum denique negligentia, contraxisse video: sed & in ijs eluēdis non inutiliter laborasse me sperat quidem animus, quò eueniat ijs in manu est. tu faue beneuole Lector, & donec melius quàm alius adfe-

rat, fruerē his nostris. ego initio facem tibi præferam fati clarā, & ex Diodori Siculi Hist. iv. Libro caput adscribam: potioŕem Statiani argumētī partem, summamque totius operis carptim & quasi salutatim complectens.

Λαίος ὁ Θηβῶν βασιλεὺς , γείμας Ἰοκάστην τῆν Κρέοντος, ἢ χρόνον ἰκανὸν ἀπαισὶ ὠν ἐπηρώτησε τὸν θεὸν περὶ τέκνων γένεσεως. τῆς δὲ Πυθίας δούσης χρισμῶν, αὐτῷ μὴ συμφέρειν γένεσθαι τέκνα (τὸν γὰρ ἔξ αὐτοῦ τεκνοθέντα παῖδα πατρικτόνον ἔσεσθαι, ἢ πᾶσαν τῆν εἰκίαν πληρώσειν μεγάλων ἀτυχημάτων) Ἐπιλαθόμενος τῆ χρησμῶ ἐγέννησεν υἱόν, ἢ ἔξέθηκε τὸ βρέφος, διαπερήσας αὐτῷ τὰ σφύρα Φιδερίῳ. οἷ ἦν ἀπὸν Οἰδίπυς ὑπερον ὠνομίαθι, ὅ δὲ οἰκέται λαβόντες τὸ παιδίον, ἐκτείναν μὲν οὐκ ἠθέλησαν, ἐδύσαντο δὲ τῆ Πολύβη γυναικί, μὴ δυναμένη γενεῖναι παῖδας μὲν ὅ τῶτα δώδρωθέντος τῆ παιδός, ὁ μὲν Λαίος ἔκρινεν ἐπερωτήσαι τὸν θεὸν περὶ τῆ βρέφους τῆ ἐκτεθέντος, ὅ τῶ Οἰδίπυς μαθὼν περὶ τῆ τῆνος τῆν καθ' ἐ αὐτῷ Ἐπιβελὴν ἐπεχεόρησεν ἐπερωτήσαι τῆν Πυθίον περὶ τῆ κατ' ἀληθείαν γονέων. κατ' ὅ τῆ τῆ Φωκίδα τῶτον ἀλλήλοισ ἀπαντησάντων ὁ μὲν Λαίος ὑπερηναίως ἐκχωρεῖν τὸ ὁδοῖ περὶ ταπεινὸν οἷ Οἰδίπυς ὀργισθεῖς τ

Laius Thebanorum rex ducta uxore Jocasta Creontis filia, cum diu improlis esset consuluit oraculum de liberorum procreatione. Responsum dante Pythia, ipsi non caducere prolem habere (nam qui ex eo proditurus esset filius patrem occideret, & domum omnem infortunijs impleret) neglecto oraculo, genuit nihilominus filium, & infantem exposuit, traiciēs pedes eius ferro. Unde & Oedipus postea cognominatus est. Sumptū pueris famuli exponere quidem noluerunt, dederunt autem Polybi uxori, quæ non poterat genere liberos. Deinde cum puer iam vir factus esset, Deū de infante exposito consulere statuit Laius. Oedipus quoq; à quodam de expositione certior factus, & ipse Pythiaxis qui veri parentes forent, rogatum profisciebatur. Cum ambo apud Phocidem inuicem obviam